



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

2. Quid si res alienanda non sit in eodem loco quo Ecclesia exempta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

## QVAESTIO II.

Quid si res alienanda non sit in eodem loco quo Ecclesia exempta.

**A**rticulus hic distrahitur in varias sententias, ut est videre apud Panormitanum, & late Redoanum, nonnullis asserentibus requiri licentiam superioris loci in quo res sita est, alijs in quo persona seu Ecclesia ad quam res spectat, Ceteris vero utriusque *Abb. cap. Pastoralis num. 10. cum Apost. de privileg. late Bertach. tract. de Episcop. lib. 4. parte 4. quæst. 34. num. 104. Iason. in l. cunctos populos num. 96. C. de Summa trinit. ubi dicit decretum iudicis minoris super alienatione rerum immobilium extendi ad bona extra territorium sita, & ad quæcunque bona per l. magis puto §. non passim ff. de rebus eorum Barth. l. relegatorum §. interdicitur num. 2. cum add. ff. de inter. & religat. vide latissime Redoanum tract. de rebus Ecclesia non alienandis quæst. 4. l. nu. 38. & seqq. Doct. Villadiego tract. de legato par. 1. quæst. 1. n. 4. 5. 6. 7. 8. vel tract. 14. fol. 158. communiter tenetur satis esse si interveniat autoritas superioris loci in quo persona seu Ecclesia exempta sita est *Abb. d. nu. 10. Franc. d. c. dudum n. 24. vers. Episcopus ergo de reb. Eccles. non alien. in 6. Redoanus & Bertachinus ubi supra aliter tamen sensisse videtur Guymet. ad pragmat. sanctionem ist. de annatis §. item fuit in glo. verb. locorum his verbis. Ideo si exemptus alterius diocesis habet beneficium in diocesi Parisiensi ad Episcopum Parisiensem recurratur facit Clem. quia regulares cir. pr. de suppl. neg. prælat. l. si prædium C. de prædijs minor. ca. ubi in alienatione interponit decretum iudex loci in quo sita sunt res quæ alienantur l. magis §. illud ff. de rebus eorum & utrobique Barth. per cuneum & Baldum l. i. C. de contrah. empt. ideo eius Episcopi autoritas requiritur qui est superior immediatus illius Ecclesie cuius res alienatur Barth. Auth. hoc ius C. de sacros. Eccles. DD. late in cap. pastoralis de privilegijs ita ille. Plerique autem consulunt ad cautelam ut adhibeatur autoritas utriusque qua de re extat consilium Navarri *conf. 5. tit. de privileg.* his verbis: Abbas quidam cum suo conventu exemptus à jurisdictione ordinaria alienavit casu suo permisso quasdam res existentes extra Episcopatum illum ubi sita est Abbatia illa sine illius superioris auctoritate quaritur an valeat? Pro affirmativa facit quod alienatio rei pertinentis ad Ecclesiam Cathedrali facta ab Episcopo cum consentu Capituli valet ut tradit Panormit. receptus c. 1. de his quæ sunt à Prælato & probatur cap. sine exceptione 12. quæst. 2. At Abbas exemptus habet jurisdictionem quasi Episcopalem iux. glo. sing. & receptam Clem. 1. verb. proptij de reb. Eccles. non alien. Pro negativa facit Cardinalis d. Clem. quæst. 34. & seq. quod licet in alienatione per Abbatem exemptum non requiratur autoritas Episcopi tamen requiritur autoritas Papæ vel Prælati superioris cui immediate subicitur, Retolvendo dico mul-**

eo multa posse utrinque adduci suadendum consulenti ut procuret alienationem ratificari per superiorem immediatum Abbatis qui facile id faciet rogante Abbate & conventu qui alienationem prefatam fecerunt & quod etiam faciant eam ratificari per Episcopum in cuius Episcopatu res est si a ad informationem predictorum arg. Doctorum Panorm. d. cap. 1. de his que sunt a Prælo Card. d. Clem. 1. quest. 35. & 37 & aliorum DD in cap. nulli eod. tit. & cap. sine exceptione 12. quest. 2. potest etiam impetrare consulens confirmationem a Sede Apostolica qui si fuerit in forma communitatum proderit si autem per commissionem cum causæ cognitione non nihil tardij & sumptus adferet. Ita ille.

QVAESTIO III.

Legatus de latere an præstare possit exemptis auctoritatem alienandi.

SUMMARIUM.

- 1. Responso cum distinctione.
- 2. Hactenus dicta temperanda nisi aliter speciali privilegio disponatur.
- 3. Privilegium minorum.
- 4. Privilegium Prædicatorum.
- 5. Privilegium Augustiniensium.

Distinguendum est velut in questione prima inter exemptos immediate Pontifici subiectos & exemptos alteri inferiori Prælo subiectos Prioribus dare non potest, posterioribus vero potest *Specul. cit. de dispensatione §. consequenter num. 5. vers. ceterum & n. 6. & seq. Abb. cap. tua nos n. 10. de Ecclesiis adificandis ubi in termino. Ratio est quia in his quæ Pontifex sibi specialiter reservavit nihil disponere potest. Ratio est quia in his quæ Pontifex sibi specialiter reservavit nihil disponere potest cap. quod translationem de officio legati Abb. d. n. 10 dixi late supra li. 2. quest. 5. nu. 12. Redoan tract. de reb. Eccles. non alien qu. 55 n. 38. atqui reservavit sibi Pontifex ab solutionem a iuramento non alienandi per exemptos præstito vide *Spec. de legato §. nunc ostendendum n. 22. vers. 2. quando dubitatur & nu. 2. cum seq. & d. tit. de dispensatione §. consequenter nu. 5. & 6. dixi supra q. 1. conclus. 2. Redoan d. q. 55 num. 37. & 38.* In exemptis qui immediate subiecti non sunt Pontifici alia est ratio. Nam legatus concurrens in iurisdictione ordinarij sive ille sit Abbas sive Episcopus sive Archiepiscopus sive Patriarcha ad instar Procuratoris seu Præsidis Provinciae cuius quasi vicem gerere censetur arg. l. si in aliam §. fin. ff. de officio præsidis ex omnibus & l. seq. l. sed licet *Spec. de legato §. nunc ostendendum n. 53. & 64. Abb. d. n. 10.**

Unde eo casu auctoritatem præstare potest imo etiam a iuramento absolvere quod ea propter alicui Prælo præstitum fuisset cap. venientes de iureiurand. *Spec. de dispensatione §. consequenter nu. 6. Abb. d. cap. tua nos n. 10. etiam si Prælati cui iuratum est sit*